IACOBI CVIACII IVRECONSVLTI VITA

Papirij Maſſoni opera & ſtilo conſcripta.

PARISIIS,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Apud SEBASTIANVM NIVELLVM ſub Cicognijs via Iacobæa.

M D. LXXXX.

IACOBI. CVIACII
IVRECONSVLTI VITA

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Papirij Maſſonj opera & ſtilo conſcripta.

IACOBVS Cuiacius Tholoſas, quod poſteri fortaſſis mirabuntur, ſeipſum in Græcis ferè Latiníſque politioribus literis nullo docente erudijt: quā ob cauſam a nobis raro præclaroq. nomine αὐτοδίδακτος appellabitur: ac iurisRomani radices tanta cura effoſſas in lucem protulit, vt ceteri ante ignoraſſe illas, ipſe ſolus poſt multos & quæſiuiſſe diligentius, & penitius inueniſſe videatur. Sane nullus hac ætate ſiue in Gallia, ſiue in Germania aut Italia alijſue prouinciis iuris interpres fuit, qui non deberi plurimum Cuiacio putauerit ob exponendi iuris Romani ſolertiam. Tholoſæ primum illi ſcientiæ operam dederat Arnaldo Ferrerio illuſtri Iureconſulto docente, cui poſtea Commentarium de vſurpationibus & vſucapionibus inſcripſit. Verum malo quodam Tectoſagum Volcarumue genio accidit, vt ibi in petitione cathedræ repulſam pateretur, prælato Midæ auribus Appollini Marſya, id eſt Stephano Forcatulo Beterēſi homine inſulſo & ad docendum minus idoneo. quæ prima ei ac præcipua relinquendæ patriæ vt ingratæ, cauſa fuit, Cadurcumque migrandi, mox Biturigas, quo eum Michael Hoſpitalius Margaritæ tum Henrici II. Francorum Regis ſororis Cancellarius euocauit. Omnia ferè Doctorum atque interpretum iuris volumina iampridem legerat, nullis tamen ex iis ſordibus contractis, purè atque dilucidè in auditorio

perpetuò docuit: idque munus per quadraginta fere annos continuatis noctu diuque laboribus ſubijt, mirabili iuuentutis cõcurſu, ſeu Tholoſæ profiteretur, quæ propter hunc ſuum alumnum Palladia iterum dici poteſt, ſeu Duronæ Cadurcorum ad Oltam amnem, ſeu Biturigis Cuborum ad Auaronem; ſeu Valentiæ Cauarum ad Rhodanum; vbi & Fräciſcum Rhoaldeſum Rutenum. Ic. moribus & eruditione eximiũ collegam habuit, ſeu Taurinorum Auguſtæ trans Alpes inuitatus ab Emanuele Philiberto regionis illius principe Margaritæ Franciæ marito, ſeu Biturgis iterum magnis ciuium precibus eo tãdem reuocatus. Vt enim apes Regem ſuum quocunque ierit, ſic adoleſcentes iuris ſtudioſi Cuiacium ſequebantur: veneruntque è Germania alijſque longinquis prouinciis in Galliam complures omnibus virtutibus politi, tantum vt Cuiacium velut alterum Liuium viderent, vtque cum eo colloquerentur. Verborum vim atque analogiam adprimè calluit antiquiorum iuris auctorum exemplo, hiſtoriæque veteris notitiam, ac maximè Romanæ, vtiliſſimam iuri explicando & perniciosè ab omnibus fere interpretibus antea neglectam, in magno pretio habuit, eáque vt hamo aureo piſcari ſe in iure ciuili, & abdita ſcrutari trahereque è tenebris in apertam lucem teſtabatur. Scripſit atque edidit quamplurima quæ & ſtilo & grauitate rerum Africanum & Papinianum redolent, mentione in iis facta amicorum per quos profecerat; quod magna ingenia laudem ex alienis habitura perinde ac ſuis ſæpè fecerũt. Ex iis primum omnium opus Notarũ ad Regulas Vlpiani ab illo Tholoſæ adhuc agente conſcriptum, fundamenta continet iuris deinceps perpetuo ſeruata inædificatáque: quod vt ſolidæ iam tum doctrinæ certique iudicij argumentum, non vulgaris eruditionis hominibus deinceps admirationi fuiſſe video. Ceterum exquiſitiſſi-

mos codices rerum abditarum omniſque generis ſcriptorum antiqua exemplaria habebat ſtudioſiſſime per omnem Galliam inueſtigata erutaque è ſitu ac puluere, quædam etiam aliunde nec ſine ingenti ſumptu aduecta, non aliter æſtimans quam lineas margaritarum: quorum Ioſephum Scaligerum Iulij filium Nitiobrigum Aginno ortum eruditiſſimum virum, dein etiam Academiam Biturigenſem heredem ſe relicturum in priuatis colloquiis non ſemel dixiſſe fertur, preſertim poſt amiſſum Iacobum filium iam puberé, quem ex priore vxore Magdalena Roria Franc. Auenionenſis Doctoris medici filia ſuſceperat. nam ex ſecundis nuptiis quas iam ſenex cum Anna Heruæa ex clara honeſtaque familia apud Biturigas contraxit, vnica ei filiola, Eliſabetha ſupereſt. Dictauit è ſuggeſtu plura longè quam edidit, edi nōniſi ad id ſelecta à ſe cupiens: plura, inquā, etiā ad ius Pontificium pertinentia, aliquot annis ante mortem cōuerſus ad Decretalium interpretationem prius quidem aliquatenus neglectam aut potius ſepoſitam, ſed in flexu ætatis habitam in pretio. Vt vero Cuiacij ceteras virtutes ac laudes plena manu in aſtra beneuoli auditores ferebant, ita hoc mirandum in modum ſuſpicere ac prædicare ſoliti erant, & merito quidem, quod, ſeu difficiles, ſeu non vſque adeo obſcuras leges expoſiturus eſſet, continuas ſex, vel ſeptem aut octo horas ſingulis lectionibus meditandis digerendiſque impendebat ante quam auditorij ſuggeſtum cōſcenderet: ac ſi qua de re vel tantillū non ſatis ſibi liqueret, vltro comperendinabat, id à ſe ſibi ſuæque exiſtimationi tribui prędicans. Tanto autem amore ſtudioſos auditores complectebatur, vt ſæpè eis nonnihil pecuniæ iubēs crederet interea dum venientem a ſuis expectarent: aſſerēs leges ſine illo prędidio nō ſatis bene habere. Ipſe etiam honeſtum corporis ſui cultum amans, lautè, & tamen frugaliter, vixit,

conuiuis delectatus ſuis. Nec facultates ei deerant publicis ſtipendiis certatim euocato, vt aliquot ante obitum annis à Gregorio XIII. prudentiſſimo ſciẽtiſſimoque iuris Pontifice Romano, qui illum Bononiam vt iret, literis hortatus eſt, propoſito etiã maiore aliquanto honorario. Sed neque dignitates & magiſtratus. Nam & cum Valentiæ doceret, Senatoris Cularonitani ſiue Gratianopolitani munere atque officio, quoties voluit, Regis beneficio perfunctus eſt, pari etiã dignitate Taurini ei à Principe delata. Interdum vero, omiſſis ſtudiorum laboribus, relaxabat animum curis, atque epulabatur lautius, ſumptibus etiã ſuis, cum ſelectiſſimis auditoribus, idque ruri: & cum ſermo de rebus ludicris incidiſſet, eum minimé auerſabatur: vnum illud ægerrimè ferens ſi quid tum maximé ab eo de iure inportunius quæreretur. Paulo ante mortem pertæſus ciuilium tempeſtatum cum vix liberè ſtudere poſſet, doceret tamen, & auditores dicerent, fuiſſe tempus quo ipſe multo accuratius docere ſolitus fuiſſet: Fuerit, inquit. an ideo Doctoris prolixa canities minoris æſtimãda eſt quia iuuenis perpetuo eſſe non poteſt? Diuturniorem quidẽ vitam aliquando optauit, vt nonagenarius demum decedere cuperet, Italo cuidam (Leoniceno opinor) id boni eueniſſe prædicãs: ſed fata eum orbi exemerũt Biturigis Cuborum vbi multos annos cum magna & celebri laude docuerat: Vir quadrato corpore, ſtatura breui, barba tum longa & cana, ſed in iuuentute nigerrima, capillitio ſimili, colore candido, voce firma & clara. Deceſſit autẽ quinto Nonas Octobres, Mercurij die, anno à partu Virginis milléſimo quingẽteſimo & nonageſimo; publicoque funere omniũ ciuitatis ordinum ac collegiorũ pænè humeris elatus, in templo D. Petri ad Auaronis pontem ſepultus, poſtridie etiam funebri oratione à Cl. Mare-

ſchallo clariſſimo viro & in Senatu Pariſiẽſi Cõſiliario Regio, ſtudioſo quondã ſuo, publicè laudatus eſt. Id vero moriendi potius quam diutius viuẽdi tempus fuit, vſque adeo miſeri tota Gallia eramus propter ciuilia bella, quæ occiſo Henrico III. Gallorum Rege ſine liberis, interregnũ quodammodo accendit, Henrico Burbonio Regium ſibi nomen ac ius vindicante aduerſus Carolum patruum: de qua controuerſia Cuiacium rogatum vt ſcriberet, reſpondiſſe quidã ferunt, Corrumpi leges patrias & falſum cõmitti ſibi quidẽ nefas videri. Sane mortuo Carolo, Hẽrici partes apertius tutari ac defendere viſus eſt: quam vnã ob cauſam quod inimicum Catholicæ parti vulgo dicerent, à plebe concitata pene oppreſſum ferunt. Literas quidem eius de ea re ad Ant. Oïſelum amicũ ſcriptas legi, vbi inter cetera hæc erãt: Parum abfuit quin hæc plebecula me confoderet. Ipſe nihilominus Catholicæ Religionis cultor fuit; quanquam de Theologicis quæſtionibus interrogatus, reſpondere ſolitus erat, *Nil hoc ad edictum Prætoris.* Adoleſcens Antonij Goueani Iuriſconſulti ingenium admirabatur: ſed indiligentia hominis notata, nihil deterritus eſt, deterritum iri ſe dicens a iure tractando, ſi homo Luſitanus tãto ingenio tamque ſubtili, labores ciuilium ſtudiorum ſerio ſuſcipere voluiſſet. Aduerſarios habuit Duarenũ forte ac vix parem, ceteros impares & vilia tantum capita, ſcuticaque, vt ipſe quodam loco ſcripſit, digniſſima. Hactenus de Cuiacio dictum ſit, cuius pijs manibus breuiſſimum hoc elogium benemerentis in communi luctu ſcripſimus, ac verſus iſtos:

Auctor iuris obis Cuiaci, & docta Tholoſa
Clara ortu & Biturix redditur ipſa tuo.
Viderunt ambæ florentem in iure Quiritum.
Illa etiam naſci vidit, at iſta mori.

Ant. vero Oïſeli, cuius ſuprà mentionem fecimus, illud eſt ſingulare de Cuiacio carmen:

ΟΦΘΑΛΜΟΣ. ΝΟΜΙΚΩΝ. ΒΕΒΙΩΚΕΝ. ΚΑΙ. ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

At Petrus Pithœus ſæpè ab illo in ſcriptis laudatus epitaphium etiam ſcripſit quod adiiciam.

IAC. CVIACIO. V.C.

TOLOSAE. ILLIVS. DVM. QVONDAM. PALLADIA. FVIT
ALVMNO. SVBCINERICIO. HEREDIQ. EX. ASSE. POSTVMO
ROMANI. IVRIS. A. SVMMIS. CONDITORIBVS. INTERPRETI
PRIMO. ET. VLTIMO. CVI. QVIDQVID. PVRAE. NATIVAEQ.
LVCIS. EI. SCIENTIAE. VNDECVMQVE. ACCESSIT
ÆTAS. SVA. DEBET. POSTERA. ETIAM. SI. QVAE
LEGVM. CVRA. MANET. DEBITVRA. EST
P. PITHOEVS. P. F. DOCTORI. BENE. DE. SE
BENE. DE. LITERIS. OMNIBVS. MERITO
M. P.
VALE. CVIACI. NOS. TE. ORDINE. QVEM. DEVS
ET. NATVRA. IVSSERIT. CVNCTI. SEQVEMVR

Nec te artis fugit morientem gloria Iuris
Ius fuit auctorem iure cadente mori.

Eiuſdem eſſe dicitur & hoc parodicum.

CVIACI *Themidiſque vides communeſepulcrum.*
Conduntur ſimul hic, qui periere ſimul.

BIBLIOTECA NAZ. … R-MA … EMANUELE

A

Accius Sincerus I 210
Adamus Conicerus III 305
Adolphus Occo IV 12
Ægidius de Foscararis I 62
Æneas Sylvius III 11
Æpinus V. Ioannes
Agricola V. Rodulphus
Agrippa V. Henricus
Alardus Amstelrodamus II 210
Albertus magnus I 68 III 3
Alciatus V. Andreas
Alexander Tarragnus I 145
Aligerius V. Dantes
Amstelrodamus V. Alardus
Amerbachius V. Bonifacius
Analdinus Princeps V. Georgius
Anchoranus V. Petrus
Andreas Alciatus II 134
Andreas Claudius II 142
Andreas Gerardus III 235
Andreas Macchiolus V. Petrus
Andreas Navagerius I 256
Andreas Vesalius IV 314
Angelus Politianus IV 314
Apianus V. Petrus
Aretinus V. Petrus
Avicennius V. Ioannes
Aureolus V. Philippus

B

Babelus V. Hieronymus
Baldus Perusinus I 100
Barbarus V. Hermolaus
Bartholomeus Platina I 145
Bartolus de Saxoferrato I 103
Bayfius V. Ianenoonius
Beatus Rhenanus I 245
Bellovius V. Petrus
Bembus V. Petrus
Bessarion I 136
Beyerus V. Hermanus
Berenboldus Hallerus IV 266
Bilibal Birkaimerus III 206
Blondus Flavius I 92
Boccatius V. Ioannes
Bombasio V. Philippus
Brandius V. Sebastianus
Brentius V. Ioannes
Buchananus V. Georgius
Budeus V. Guilhelmus
Bullinger V. Henricus
Bonifacius Amerbachius II 160
Buchenhagius V. Ioannes
Burchardus Mithobius III 175

C

Carolus Clusius II 20
Carolus Sigonius III 63
Casparus Cruciger III 243
Casparus Bodio IV. 252
Casparus Schwenckfeld IV 262
Cassius Orlandus V. Orlandus
de Castro V. Paulus
Chabotius V. Petrus
Christophorus Columbus I 32
Christophorus Hegendorfianus IV 26
Cisnerus V. Nicolaus
Claudius Ptolomeus III 311
Clemens Marotus I 262

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Chidius V. Andreas
Clusius V. Carolus
Coelius secundus Curio IV 154
Cochleus V. Joannes
Columbus V. Christophorus
Conradus Laurenbachius II 242
Conradus Lycosthenes IV. 292
Conradus Gesnerus IV 110
Conradus Pellicanus IV. 234
Copernicus V. Nicolaus
Cornarius V. Janus
Cornelius Agrippa V. Henricus
Cramerus Archiep. Cantuarien. V. Thomas
a Craffteim V. Joannes
Crato V. Joannes
Crueiger V. Caspar
Curio V. Coelius
Cyriacus Spangenbergius IV 32

D

Dantes Aligerius I 66
Decianus V. Tiberius
Decius V. Philippus
Desiderius Erasmus I 220
Dishoenus V. Vitus
Dionysius Lebeus-Battilius II 40
Donellus V. Hugo
Draconites V. Joannes
Dryander V. Joannes
Düzi V. Janus

E

Cicerus V. Paulus
Cobanus V. Helius
Erasmus Oswaldus Schreckenfuchs
Erasmus Roterod. V. Desiderius I. 220
Erasmus Sarcerius IV. 260

F

Fichardus V. Joannes
Flavius V. Blondus
Foscararus V. Aegidius
Fracastorius V. Hieronymus
Franciscus Hotomannus III 141
Franciscus Medicus IV. 6
Franciscus Petrarcha I 2.0

G

Gaza V. Theodorus
Georgius Agr. Anaklinus IV 410
Georgius Buchananus III 113
Georgius Laubius IV 20
Georgius Major III 253
Georgius Trapezuntius I 132
Georgius Volckmanus IV 14
Georgius Wicelius IV 330
Georgius Wirth IV. 100
Gerardus Mercator IV 306
Gesnerus V. Conradus
Geylerus V. Joannes

Graecolus V. Withelmus
Grynaeus V. Simon
Gualterus Chabotius V. Bony
Gualterus V. Rodolphus
Guilhelmus Budeus II 130
Guilhelmus Philander Castilio-
neus II 214
Guilhelmus Xilander IV 270

H

Hadrianus Junius IV 274
Hadrianus Trajecten. III 19
Halricus Zasius I 226
Halleus V. Bertholdus
Hartmanus Beyerus II 236
Hairicus Smidenstreus III 205
Helius Eobanus III 125
Henricus Bullinger IV 210
Henricus Cornelius Agrippa II 29
Henricus Meibomius III 110
Hermolaus Barbarus I 176
Hieronymus Fracastorius I 220
Hieronymus Menunalis III 151
Hieronymus Pragensis III 205
Hieronymus Savonarola I 94
Hieronymus Wolphius II 270
Hoodio V. Casparus
Hottomannus V. Franciscus
Hugo Donellus III 291
Huldricus Huttenus II 252
Huldricus Zuinglius IV 160
Huranus V. Huldricus

I

Jacobus Latomus II 106
Jacobus Milichius IV 104
Jacobus Sadoletus I 203
Jananronius Baysius I 206
Janus Duza IV 52
Janus Cornarius III 165
Jason Maynus I 164
Joachimus Vadianus III 113
Joannes Aventinus II 222
Joannes Apinus III 229
Joannes Boccatius I 96
Joannes Brentius IV 202
Joannes Bugenhagius IV 3
Joannes Cochleus II 196
Joannes Crato a Craftheim III 171
Joannes Draconites IV 76
Joannes Dryander III 299
Joannes Echardus III 133
Joannes Fischerus Epus Rof-
fensis I 114
Joannes Forsterus IV 54
Joannes Franciscus Poggius I 100
Joannes Geylerus II 220
Joannes Haurengus II 210
Joannes Husseus III 197
Jo: Jovianus Pontanus I 190
Joannes de Imola I 116
Joannes de Indagine II 202
Joannes Klainerius III 207
Joannes Langius III 1..

Joannes Latomus II 190
Joannes Lonicerus III 179
Io: Ludovicus Vives II 102
Joannes Mathesius III 273
Joannes Marbachius II 232
Joannes Oecolampadius IV 192
Joannes Oldendorp II 130
Joannes Sperinus IV 312
Io: Picus Mirandula I 102
Joannes Rosshius I 10 II 74
Io: Sebastianus Pfauserus II 226
Joannes Quintinus IV. 103
Joannes Sambucus III 77
Joannes Schoenerus II 270
Joannes Schneidewinus II 150
Joannes Steffingerus IV 72
Joannes Sleidanus II 252
Joannes Stofflerus II 274
Joannes Wolphius II 264.
Joseph Scaliger III 60
Josias Simlerus IV 290
Jovius V. Paulus
Julius Cæsar Scaliger III 57
Junius V. Hadrianus

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

L

Lagius V. Paulus
Latomus V. Jacobus
Laurentius Valla I 112
Lauterbachius V. Conradus
Laubias V. Georgius
Lazius V. Wolfgangus
Leus-bachius V. Dionysius
Leo Juda IV 254
Leonardus Aretinus I 124
Leonhardus Fuchsius IV 120
Limpengius V. Gilbertus
Lonicerus V. Adamus
Lucas Gauricus I 253
Ludovicus Lavaterus IV 292
Lycosthenes V. Conradus

M

Magnus V. Albertus
Major V. Georgius
Maphaeus V. Raphael
Marotus V. Clemens
Marcus Antonius Coccius Sabellicus I 102
Marcus Hieronymus Vida I 244
Marsilius Ficinus I 154
Martinus Bucerus IV 160
Martinus Chemnitius III 42

Martinus Luthenus III 109
Martyr V. Petrus
Matthew Wesenbecius III 129
Matthias Flacius III 250
Matthias Zellerus IV 250
Matthiolus V. Petrus Andreas
Maynus V. Jason
Meybomius V. Henricus
Melancton V. Philippus
Melissus V. Paulus
Mercator V. Gerardus
Mercurialis V. Hieronymus
Michael Hospinianus III 37
Michael Toxites III 147
Milichius V. Jacobus
Mithobius V. Burchardus
Modestinus Pistoris I 166
Modius V. Franciscus
Morus V. Thomas
Munsterus V. Sebastianus
Musculus V. Wolfgangus

N

Nanagenus V. Andreas
Nicolaus Copernicus III 315
Nicolaus Cisnerus II 170
Nicolaus Selneccerus II 256

O

Occo V. Adolphus
Orlandus Lassus II 256
Oswaldus V. Erasmus

P

Paracelsus V. Philippus Th.
Parmisterus V. Tobias
Paulus de Castro I 120
Paulus Eberus III 267
Paulus Jovius I 251
Paulus Lagius IV 152
Paulus Melissus II 154
Paulus Scalichius III 63
Pellicanus V. Conradus
Perravella V. Franciscus
Petrus Anchoranus I 104
Petrus Andreas Matthiolus III 155
Petrus Apianus I 270
Petrus Aerodius I 266
Petrus Bellonius III 295
Petrus Bembus I 234
Petrus Gualterius Chabotius III 50
Petrus Martyr IV 202
Petrus Ramus II 96
Petrus Ronsardus II 104
Petrus Victor III 73
Philander V. Guilhelmus
Philippus Aureolus Theo-
-phrastus Paracelsus Bombast

Philippus dexius I 206
Philippus Melancton III 45
Pistoris V. Modestinus
V. Simon
Platina V. Bartholomeus
Politianus V. Angelus
Ptolomeus V. Claudius
Pragensis V. Hieronymus

Q
Quintinus V. Joannes

R
Ramus V. Petrus
Raphael Mapheus I 202
Rhenanus V. Beatus
Rhodulphus Agricola I 172
Rhodolphus Gualterus IV 206
Ronsardus V. Petrus
Roterodamus V. desiderius

S
Sadoletus V. Jacobus
Salichius V. Paulus
Savonarola V. Hieronymus
Sebastianus Brandus III 174
Schwenckfelt V. Gaspar
Secundus V. Carolus

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE